



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

11. Clandestinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Clandestinum.

1 Sponsalia clandestina, id est sine parocho, & testibus celebrata sunt valida, & culpâ vacat contrahens illa, lib. 1. disp. 12. num. 2. & disp. 13. num. 2.

2 Matrimonium clandestinum non obligat ratione iuramenti, nec ratione damni illari, famæ, vel virginitatis, licet habeant contrahentes animum se obligandi eo modo, quo possunt, l. 1. disp. 20. num. 3. 4. 5. & 6.

3 Matrimonium clandestinum dicitur tale, vel ex defectu testium, vel denuntiationū, cæteris tamen solemnitatibus relictis, non dicitur clandestinum, sed minus solemnē, lib. 3. disp. 1. n. 3.

4 Matrimonium clandestinum ante Concilium Tridentinum validū, post verò est irritum iustissimis causis, lib. 3. disp. 3. n. 2. & 3. Vtrum autem sit mortale, contra ius naturæ claram contraherere, etiam post Tridentinum & infideles peccent sic contrahendo? Affirmat Doctor. ibid. num. 5. 6. 7. & 8.

5 Ecclesia potest, & de facto irritauit matrimonium clandestinum indirectè inhabili-
tando personas, & directè annullando imme-
diatè ipsum contractum. Et item irritauit ma-
trimonium clandestinum, quatenus est sacra-
mentū indirectè, & remotè, irritando proximè,
& immediatè ipsum contractum, non mutan-
do materiam essentialē sacramenti, sed mo-
dū tantū. Et sic potest variari diuersis tempori-
bus,

bus, libr. 3. disput. 4. numer. 2. 4. 5. 6. & 7.

Clausula.

1. Clausula generalis posita post casus re-
quirentes speciale mandatum, continet alios
similes, non autem longè maiores expressis,
lib. 1. disp. 11. nu. 3. Item clausula in fine posita
comprehendit omnia præcedentia, *lib. 3. disp.*
7. nu. 17.

2. Clausula tuo iudicio, prudentiæ, consci-
entiæ, vel ut tibi videbitur, non requirit iudi-
ciale cognitionem causæ, nec testes iuran-
tes, *lib. 3. disp. 8. n. 4. & 5.* Et commissa re ardua-
censetur electa industria personæ, quando de-
terminatur persona; secus quando indetermi-
natae committitur præsentibus & futuris, *lib.*
3. disp. 7. nu. 20.

3. Clausula posita in principio, medio, vel
fine dispositionis, refertur ad omnia in ea cō-
tenta, quando omnium præcedentium est ea-
dem ratio, *lib. 6. disp. 22. n. 19. & lib. 8. disp. 16. n.*
11. & l. 10. disp. 15. n. 15.

4. Clausula posita ad exequutionem con-
tractus, non mutat, nec auget eius naturam,
lib. 6. disp. 29. n. 9. Item clausula posita in uno
paragrapho, vel versiculo, non refertur ad a-
liud, *lib. 7. disp. 108. nu. 3.* Item clausula rescri-
ptorum non censetur in dubio iuri tertij de-
rogare, *lib. 8. disp. 7. nu. 6.* Item clausula; non
obstante, in literis dispensationis apposita,
non reddit gratiam validam, nec auget illam,
supplens qualitates non expressas, *l. 8. disp. 24.*
n. 5.

5. Clau-